Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40034
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Verba ecclesiastes filij da
uid regis iherusalem Va
nitas vanitatum dixit
ecclesiastes vanitas va
nitatum et omnia vanitas Quid est
amplius homo de omnibus labore suo
quo laborat sub sole Generacio pa
ssit et generacio aduenit terra au
tem in eternum stat oritur sol et occidit
et ad locum suum reuertitur ibique renas
cens gyrat per meridiem et flectit
ad aquilonem lustrans vniuersa uen
tus pergit per circuitus suos
et in circuitibus suis
reuertitur Omnia flumina intrant in
mare et mare non redundat ad lo
cum vnde egressa sunt flumina reuertunt
ut iterum fluant Cuncte res difficiles non
possunt a homine explicari
non saturabitur oculus visu nec
auris implebitur auditu Quid est quod
fuit ipsum quod futurum est quid est quod
futurum est ipsum quod faciendum est Non est
sub sole nouum nec valet quisquam di
cere ecce hoc recens est iam
precessit in seculis que fuerunt ante
nos Non est priorum memoria
sed nec eorum quidem qui postea
futuri sunt erit recordatio apud
eos qui futuri sunt in nouissimo Ego
ecclesiastes fui rex israel in iherusa
lem et proposui in corde meo quo
rere et inuestigare sapienter de
omnibus que fiunt sub sole Hanc et
cupidinem pessimam dedit deus filijs
hominum ut occupentur eam Vi
di que fiunt cuncta sub sole et ecce
vniuersa vanitas et afflictio spiritus
nisi difficile corrigunt et stultorum
infinitus est numerus Locutus sum in
corde meo dicens ecce magnus efficior
sum et precessi sapienciam omnes qui fuerunt
ante me in iherusalem et mens mea
contemplata est multa sapienter et
didici dedique cor meum ut sciem sapi
entiam atque doctrinam errores quoque et
stulticiam et agnoui quoque hoc esse
laborem et afflictio spiritus eo quod
in multa sapiencia multa sit indignacio
et qui addit sciencie addit et labo
rem Dixi ergo in corde meo ua
dam et affluam deliciis et fruar
bonis et vidi quoque hoc quoque esse ua
nitatem risum quoque reputaui errorem
et gaudio dixi quid frustra deceperis
Cogitauit in corde meo abstrahere
animam carne mea et animum transfe
rem ad sapienciam denique et
stulticiam donec videre quid esset
utile filijs hominum quo facto opus
est sub sole numero dierum vite sue
Magnificauit opera mea edificauit
domos plantauit uineas fecit hor
tos et pomeria et consitum ex uari
generis arbusculis construxi mihi
piscinas aquarum ut irrigarem siluam
lignorum germinantem Possedi ser
uos et ancillas multasque familias
habui armenta quoque et magnos
ouium greges ultra omnes qui
fuerunt ante me in iherusalem Co
acerauit mihi argentum et aurum
et substancias regum ac prouinciarum
feci mihi cantores et cantrices
et delicias filiorum hominum Scyphos
et urceos in ministerio administrans